Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Computus Nure[m]bergensis perutilis clerico cum figuris textum pulcerrime declarantibus - Cod. Rastatt 36

Petrus <Cracoviensis>

[S.l.], [01.04.1499 Inkunabel; Handschrift 16. Jh.]

Zeichnung

urn:nbn:de:bsz:31-43804

Visual Library

vel sic accipe altitudinem stelle fixe nobis semper apparentis que est in maiori altitudine in eadem nocte et in alia et minorem altitudinem subtrahas de maiori et est altitudo poli sive altitudo regionis

Si vis scire horas diei in omni regione videlicet latitudinem regionis sive altitudinem poli ut detur sic: sicut verbi gratia pessclans 29 graduum fere (q 47) et parisius 48 graduum et computa tot gradus in limbo quadrantis incipiendo ab latere quadrati sic quod incipere sub tabule perforate et ad numerum illum stabilis moue cursorem donec filum vel cadat super ipso perpendiculo directe et tunc situs quadrantis est in regione illa vel sic accipe altitudinem solis in meridie et tunc moueas perpendiculum ad numerum quo cadit et moue cursorem donec dies in qua meridie accepisti altitudinem cadit super perpendiculo et iste est situs cursoris pertinens de illa regione. Cum ergo cursor fuit sic dispositus pone perpendiculum super diem illius mensis in quo horam vis scire et trahe margaritam donec cadat super lineam circumferencialem ultimam que est finis 12 hore et postea hoc dimitte radium solis transsire per utrumque foramen et nota locum margarite in horis quia prima ostendit tibi horam diei in quo es. Si enim cadat super lineam primam circumferencialem erit hora prima. Si super 2am 2a et sic de singulis

Si autem vis scire horas per quadrantem sine cursore accipe in tabula quadrante gradus solis et ad gradum solis in tabula declinacionis accipe eius declinacionem et eam subtrahe de latitudine regionis in qua es si fuerit sol in signis septentrionalibus vel adde si fuerit sol in signis meridionalibus et post subtractionem vel addicionem remanserit tunc et tot gradus computa in limbo et a latere quadrantis super quod incipere sub tabule perforate et pone perpendiculum de stabili numero et moue margaritam usque ad lineam meridionalem et illa est situs margarite ad illum diem tunc permitte radium solis transsire per ambo foramina etc. et nota locum ubi cadit margarita et habebis horas sicut prius